



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Caput IV. Idem (a) Burdegalensi Episcopo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

nulli de *re script*, ita docuerunt Covar. libro 4. var. cap. 16. num. 13. Sanchez de *matrim.* lib. 4. *disputat.* 26. num. 6. Gonzalez ad *regul.* 8. *gloss.* 18. num. 103. Garcia de *benef.* part. 4. cap. 5. num. 25. Germanius libro 3. de *favor immunit.* cap. 21. Fragoso tom. 2. de *regim.* lib. 1. *disput.* i. §. 6. *ad finem*, plures congettū à Barbois in *re missi ad Concil. Trident. scil. 1. cap. 1.* Moventur etiam ex eo, quia constitutio Concilii generalis magnā cum deliberatione facta censeretur, arguēto capitū *prudentiam 21. de offic. deleg.* & omnes constitutiones Conciliares habent clausulam derogatoriam: unde non facta ipsius Concilii mentione, gratia in contrarium concessa nulla est. Contrarium tamen, videlicet non esse necessariam derogationem specialem, sed sufficere clausulam generalē derogatoriam, videlicet, *non obstantibus quibuscumque constitutio nibus*, rectius docuerunt Cenedus collet. 123. ad *Decret.* num. 3. Jul. Lavoris *lucubr. titul. 4.* cap. 19. num. 22. Balboa in *cap. 1. de judiciis.* num. 4. qui alios laudant. Nec contrarium probatur in *dicto cap. nonnulli*; in illis verbis. *Fecerit mentionem*; nam ea verba exaudienda sunt, non

qui constitutio illa esset Concilii generalis Lateran. sed quia specialiter fuit cautum in canone illo de duabus dietis, ut ad eūs derogationem expressa, specialisque mentio desideraretur. Nec etiam favet Auctoribus contraria sententia præsens textus; nam in gratia impetrata ab Abbatे monasterii sancti Gildarii, nulla fiebat generalis, aut specialis derogatio Concilii Lateran. ibi: *De quo nulla mentio est*; unde si generalis derogatio adeset, re scriptum illud non vitiare tur. Nec obest si dicas, de stylo Curiae frequenter in concessionibus Apostolicis apponi clausulam illam, *quatenus decreta Concilii Tridentini non adverterentur*; quæ fructu apponetur, si sufficeret clausula illa, *non obstantibus constitutionibus*. Nam Respondet, eam clausulam adjici, quia specialiter vult Pontifex ostendere voluntatem suam circa firmatatem Decretorum Concilii Tridentini, ut non solum generaliter, sicut alia, sed speciali modo videantur excepta, ut docent Suarez de legibus *cap. 19. num. 6. Julius Lavorus variar. Lucubr. titul. 4. de elect.*

cap. 19. num. 25.

**

C A P U T I V.

Idem (a) Burdegalensi Episcopo.

Ad audiētiam nostram te significante pervenit, quod nonnulli (b) monachi lege tibi (c) diocesana subjecti, in quibusdam Prioratibus habitant solitarii, contra statutum Concilii generalis: ideoque f. t. mandamus, quatenus ipſorum monachorum Abbates, seu Priores, ut vel ipſos ad claustrum revocent, facientes in ipſis Ecclesiis deferviri per clericos seculares; vel alios monachos eisdem (d) assident, cum quibus vitam possint ducere regularem, monitione præmisâ per censuras Ecclesiasticas appellatione remotâ compellas, proviso quod ad exemptos manum occasione mandati hujusmodi non extendas.

N O T A E.

1. (a) **B**urdegalensi.] Ita etiam legitur in quarta compilatione, sub hoc titul. capite final. ex qua textum hunc transcribo. De diocesi Burdegal. nonnulla notavi in c. 17. de major. & obed.
2. (b) **M**onach.] Sunt enim varia monasteria in ipso diocesi Burdegalensi, quæ refert Tamburinus tom. 1. de jure Abbat. in serie Abbatiarum verb. Burdegalensis.
3. (c) **D**iocesana.] De lege diocesana, & quæ

sub ea comprehendantur, egi in cap. conquerente, de offic. Ordin.

(d) **A**ssident.] Juxta textus in cap. quod Deitimo rem, de statu monach. adeo enim Ecclesia abhorruit, ut monachi singuli, solique in Prioratibus, & Ecclesiis monasterio subjectis degarent, ut potius optaverit in eis praefici clericos seculares, quam singulos monachos in singulis Prioratibus institui, ex ratione tradita in dict. cap. 2. ubi alia, quæ ad hunc textum spectant adduxi.

TITU-